A 1 Nr. 146/3

25

# Lorsch.

Vergleich
über die Vogtei zu Lorsch und Waldhausen zwischen
Erzb. Siegfried von Mainz und Pfalzgraf Otto.
1247. (12 Sept.)

In nomine domini nostri Jhesu Cristi. Noverint universi quod super articulis, de quibus inter venerabilem patrem dominum Sifridum, archiepiscopum Moguntinensem ex parte una et nobilem virum dominum Ottonem, comitem palatinum Reni, Bavarie ducem, ex altera discordia vertebatur, talis compositio intercessit, jus advocatium super ecclesiam Laurissensem dictus nobilis obtinebit in omni jure pariter et honore quo illi predecessores sui comites palatini Reni in hec tempora tenuerunt nec ei dictus archiepiscopus aliquid impedimentum opponet quo minus eo perfrui valeat pacifice et quiete, et viceversa ipse dux archiepiscopum in prediis, possessionibus et juribus aliis eiusdem monasterii non impediet ullo modo in restaurum etiam dampnorum, que in destructione oppidi Waldehusen dux idem noscitur pertulisse villam Geroenheim, in qua memoratus archiepiscopus jus sibi asserit competere, absque ullo gwerrarie discrimine et contradictione qualibet obtinebit, ita quod si ostendere potuerit, quod archiepiscopo ius competit in eadem tenebit ei archiepiscopus dampna, que apud Walhusen sustinuit secundum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Hessisches Landesarchiv
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Hessisches Staatsarchiv Darmstadt
http://archivum-laureshamense-digital.de/view/sad_a1_nr_146_3/0001